Quelle: https://manuscripta.at/?ID=237

Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

heo. Iob xvi. Hec passus sum absque iniquitate ma-
nus mee cum haberem mundas ad deum preces. Si enim uide-
tis per inuestigacionem inuenies iustam et ueram spem gra-
ciam expecto et imploro. Ps. Iustum adiutorium meum
a domino qui saluos facit rectos corde. Humilitatem meam et afflic-
cionem humiliter tolerantem. Unde in ps. adiuuabit deus. Uide
afflictionem meam. Sed tamen non afflictionem sed humilitatem
in afflictione seruatam pretendit quasi exaudicionis
et gracie promerituum. Est hic autem dubitandum pro quem hu-
militatem seruatam in afflictione uel pane sanctus aliquis con-
fessor uel martir pretendat pro merito et gracie procurando
cum humilem esse in aduersis non sit uirtutis sed necessitatis
sicut esse humilem esse in prosperis est uirtutis et difficultatis
propter quod ecclesia petit in oratione ut mentem esse et inter pro-
spera humilem et inter aduersa securam. Augustinus hic nondum
quoniam ambrosius distinguit hic duas species humilitatis. Et sic sunt
duas dicitas uoluntatis que nulla uirtus est inuoluntaria
ria. Est enim humilitas fatigacionis et laboris sicut
supra dictum et est humilitas propositi uirtutis. Est et duplex
uoluntas assumens et tollerans. Humilitas igitur quam
nos propositi et uirtutis hic commendat uirtutis ex uoluntate
libere assumente opera humilitatis ut est non solum sit
coram se siue coram homine deserere et seipsum non sic nunc quam est aut
ualet sed infra quam est aut ualet estimare et sentire. Humili-
tas uero quam uocat fatigacionis et laboris hic commendat
uirtutis ex uoluntate paciencie tolerante et tribulacionibus
se quasi ex merito proprie submittente. Sicut dicitur ille iiii. ii. capitulo
ii. Flos propter nos in impositis hic patimur peccantes in deum
nostrum et cetera. Et deinde vi. dicit de eleazaro intuens quem ad
modum oportet accedere uoluntarie prebat ad supplicium
et pacienter sustinens decreuit non admittere illicita
propter amorem uite et cetera. Hic igitur uoluntas tollerans in omnibus
et tribulacionibus quanto sancior uel innocencior pacienciis se
submittit quasi ex digno merito penitus aut doloribus
innitens et indignius quam sit ob oppositum que stultia est in eo
qui se reputat aut in merito aut indigne aut nimis

merito ac digne pati in tribulacionibus cum sit dicitur Ro. viii.
Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam
De dicta igitur humiliacionem et humilitatem putatur illa intel-
ligi auctoritas ista passionum Ps. ut supra xiiii. v. iii. Humili-
tate mea et cetera. Ambrosius. Non gloriatur superbia sed potestate sed si glo-
riatur in infirmitatibus suis ut sciat quantum capiat se non
iactare sed diuinae gracie prouocare et ostendit gratiam humi-
litatis sue merito propter ea sicut ut ipsius meriti medi-
tacio sit sua consolacio. Ps. Hec me consolata est in humilitate
mea et cetera. Hec est spes meriti de gracia proueniens. Ro. ut ipsa
consolacio sit primum aspiracio et inspiracio. Iob xvi. Qui
humiliatus fuerit erit in gloria. Luc. xiiii. Qui se humiliat
exaltabitur. Prouerbiorum xv. Gloriam precedit humilitas. Tanto
ut aspiracionem ad premium consequitur exhibicio et
assecucio. Ecc. x. Sapientia humiliati se exaltabitur
capitulo et cetera. Ps. Desiderium anime eius tribuisti ei et cetera. Vi-
de propone et expone suam humilitatem per oppositum
ad insinuandum innocenciam suorum et persecutorum suorum uiam
et iniquitatem et cetera. Supplebunt iniquitates agebant usque quo et cetera.
Ps. ut lx vii. v. iii. Et multiplicata est super me iniquitas
super. Ps. super libra xx. v. v. ubi plene de hoc. Nota secundum
Augustinum quod multiplex humilitas. Est humilitas uera humili-
tas ficta humilitas noxia humilitas fatua humi-
litas uera est quam in malis suis accusat propriam infirmi-
tatem et in bonis commendat diuinam bonitatem. Ps. ut xi
Ne humilis reconsiderat suam infirmitatem. Hanc humilitatem
allegat dicens. Uide humilitatem meam et cetera. Humilitas fic-
ta est quando intus se extollit exterius humilitatem habet. Matheum
capitulo vii. Ueniunt ad uos in uestimentis ouium intus
autem sunt lupi rapaces. Prouerbiorum xix. Est qui nequiter humiliat se
interiora autem eius plena sunt dolo. Est et humilitas
fatua quando est ex timido leuitatis non ex iudicio ueritatis.
Prouerbiorum xix. Noli esse nimis humilis in sapientia tua ne
humiliatus in stulticiam reducaris. Est quippe humilitas
noxia quando est in subiectio uel negligencia debiti honoris. Hec
est in omnibus petitionibus prelatis. Unde Gregorius in moralium lib. xxv.

Humilitas multiplex